Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

14. Considerando injurias Christi nocturnas & diurnas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

trunci juſſus, chlamyde intectus, ſpineo ſ
redimitus, arundinem manu geſtans, ador
conſputus, colaphiſatus, ave Rex, ſalut
Conſideretur ultimùm, Barabbæ collatus,
poſtpoſitus, ultimâ ſententiâ capitis damn
cruce onuſtus ex urbe pergens, montem
ſcendens.

Conſideretur in monte jam ſtans, ex
veſtibus, in crucem abjectus, in ea expa
affixus, conſputatus, elevatus, conſtitutus.

Conſideretur in Cruce pendens, à Civ
averſus, omnia elementa commovens, ab
verſitate rerum planctus. Cum lachrym
clamore valido orans etiam pro inimicis, e
me ſiti laborans, aceto tractatus, ſerpentinis
guis undique laceratus. Latroni Paradyſum
nans. Matris curam gerens. Patri anima
manus tradens, capite ad reverentiam incli
Conſideretur lanceâ in latere poſt mortem
cius, ſanguinem & aquam effundens. Con
retur datâ licentiâ à Præſide, de Cruce al
manibus depoſitus, unguentis unctus, li
mundo involutus, ſepulchro conditus, & ad
luto lapide clauſus. Omnia iſta immenſita
materiæ meditanti ſuggerunt, affectuum,
ctrinarum.

MODUS XIV.

DEcimus quartus modus meditandi Paſ
nem Domini eſt. Aſſumere dolo
Chriſti injuriasque omnes, primùm, quas p
peſſus eſt totâ nocte ab horto usque ad Caip
num carcerem: ubi Chriſtus inter improbi

m

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mancipia miſerabilem noctem tranſegit, usque ad lucem: poſtmodum, quas perpeſſus eſt, à prima luce, primoque matutino concilio, à quo iterum damnatus, vinctusque ad Pilatum ductus, demum ſine ulla quiete, perpetuò cum doloribus, contumeliis, atque improbitate hoſtili conflictatus eſt, donec horâ nonâ Spiritum Patri Æterno tradidit, tandemque de Cruce depoſitus ac ſepultus eſt. Poteſt ad hunc meditandi modum ſervire illa Pauli de ſe aſſertio. *Nocte & die* 1. Cor. 11.25.
in profundo maris fui. Revera enim Chriſtus in Jonæ 2. 1.
profundo mari Paſſionis ſuæ agitatus ac demum naufragium paſſus, à ceto mortis, tanquam Jonas, abſorptus fuit: ut verè per Prophetam prædixerit. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas* Pſ. 68. 3.
demerſit me. Et. *Circumdederunt me aquæ usque* Jonæ 2. 6.
ad animam: abyſſus vallavit me, &c.

MODUS XV.

DEcimus-quintus Paſſionem Domini meditandi modus, proximo vicinus eſt. Aſſumere omnes horas Paſſionis Chriſti, & expendere quid in ſingulis Paſſus ſit. Numerantur univerſim horæ octodecim, quibus Paſſio Dominica duravit. Verùm ne minuta ſit diſtributio, commode ſic fieri poterit.

1. Circa mediam noctem Hortum ingreſſus oravit, ſudavit, quievit. 2. Poſt medium noctis, oſculo traditus, captus, ad Annam, Caiphamque deductus; reliquum noctis inter injurias ſpurciſſimorum ſcurrarum inſomnis tranſegit. 3. Manè Caiphæ, Concilioque ejus denuo præſentatus, damnatus, ligatusque eſt. 4. Hora prima

ſtetit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN